

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1863**

De S. Theodosio Antiocheno, Abbe Monasterii In Scopulo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

gisterii studia pervenissent. Quam regulam Tabenenses hodie custodiunt, eodem cibo semper utentes et habitu, ipsam quoque disciplinam sollicita circumspectione servant. Nam monachi qui ibidem commandant, non solum more, sed et robore corporis, et locorum situ præceteris longe diversi sunt: et ne cesset est, eos diversam quoque regulam custodire.

**12** Hanc ergo vocem Pachomius mentis sinceritate discernens, quam illi divina gratia et merita vita contulerant, agnovit ad se cœlitus delatam, Regulasque valde mirabilis approbat. Tunc reversus ad venerabilem senem Palæmonem, retulit quemadmodum voce sit divina commonitus, obsecrans, ut secum pariter veniret ad locum, quo possent Domini mandata explere. Qui nolens eum in aliquo contristare, utpote carissimum filium, precibus ejus illico paruit, atque ad præfamat villam cum eo peruenit, modicamque ibi cellulam construente, letabantur in Domino, promissionum ejus beneficia præstolantes. Post aliquantum vero temporis ait Palæmon ad Pachomium: Quoniam cerno gratiam a Deo tibi collatum, et deinceps istic permanere disponis; veni statuamus inter nos pactum, ut non dividamur ab invicem, sed quamdiu in hac luce versamur, visitatione nos consolemur assidua. Utique placuit haec pactio, quam omni tempore vita sua tam beatus senex quam Beatus Pachomius sollicitus sumt executi.

**13** Inter haec venerabilis idem Palæmon dolore splenis, qui ex nimia continentia illi provenierat, toto corpore gravi copit aegritudinis incommodo laborare. Nam sumebat escam, potu sepius abstiens: item solumento biebat, nihil cibi percipiens. Rogatus igitur ab aliquibus Fratribus, qui ad eum gratia visitationis advenerant, ne penitus patrum debile frangeret, sed ei aliquantulum solati pateretur impendi, tandem cessit orantibus, ut victu congruo attenuata membra refoveret. Sed non hoc diutius pertulit. Nam

graviores solito dolores splenis expertus, relicta ciborum insolentia, ad antiquum victim sine dilatatione revertitur, dicens: Si Martyres Christi alii per frustra lacerati, alii capite cæsi, nonnulli etiam ignibus sunt cremati, et tamen usque ad finem fortiter profide toleraverunt; cur ego patientiae premia, parvis cedens doloribus, impatienter abjiciam, et desiderio vita præsentis, afflictiones momentaneas inaniter expavescam? Denique suadentibus acquieci cibos insolitos sumere, qui mihi dolores auxerunt potius, quam ullam requiem præstiterunt. Recurram igitur ad prisca remedia, et continentia subsidia non relinquam, in quibus est (ut ego certus sum) omnis post Deum requies et vera laetitia. Non enim propter homines haec arma suscepit, sed ob amorem Christi his certare disposuit.

**14** Sic itaque viriliter agens, intra mensem dierum valido langore consumptus est. Ad quem Pachomius veniens, fovebat eum ut patrem, deosculans pedes ejus, atque complectens; et veluti valefaciens, sic eum videbatur affari. Venerabilis autem senex, omni virtutum gratia cumulatus, et plenus dierum, scriptum est, quievit in pace. Tunc sanctus Pachomius corpus ejus sepelivit: cuius anima suscepta choris Angelicis, ad celos evecta est. Quo peracto, Pachomius ad proprium diversorum revertitur.

a Cassianus lib. 4, Institutionum cap. 4. Quadam scilicet de Ægyptiorum, quedam Tabennensiotorum regulis admissentes, quorum est in Thebaide conobium, quanto numero copiosus canefis, tanto conversationis rigore distictius. Siquidem in eo plusquam quinque milia Fratrum sub uno Abbatie reguntur, et cap. 30 Monasterium Tabennensiotorum, expeditum, quod sciebat canefis monasteris esse districius. Erat id ad ultimas partes Thebaidis, ut ibidem dicitur. Sub Syene, ut in epistola ad Laium scribit Palladius. Fuit ut lib. 3 de vitiis PP. ad Ruffinus, monasteriorum multorum in regione Tabennensiotorum Prepositus Pachomius. Erat isthic et monasterium feminarum, ut constat ex lib. 5, de vitiis PP. libel. 18, num. 19.

Ex vita  
S. PACHOMII.

Moritur.

Sepelitur a  
Pachomio.

Cum Palæ-  
mone Taben-  
nam pergit.

In vicem  
postea invi-  
sunt.

Palæmon  
agrotat.

Pristinam ab-  
stinentiam in  
morbo reti-  
nct.

XI JANUARII. **M**artyrolog. ms. S. Hieronymi: Et depositio Hortensii Episcopi. Idem celebratur in ms. Martyrol. Hilberico conventus Dungallensis. Nihil alibi de eo legimus.

## DE S. HORTENSIO EPISCOPO.

CIRCITER  
AN. CHR.  
CIPXII.  
XI JANUARII.  
Duo hoc die  
Theodosii Ab-  
bates.

## DE S. THEODOSIO ANTIOCHENO, ABBATE MONASTERII IN SCOPULO.

**D**uo hoc die celebrantur a Græcis Theodosii, ambo vitam initio anachoreticam auspicati, ambo deinde celebri fundatores cenobii; juniori non men adhæsit Cœnobiarachæ; seniori vero Antiocheni; inde namque ortus erat, e Cappadocia alter. Antiocheni hic duplēcē vitam damus, unam e Menœzis, alteram ex cap. 10 Philothei, seu libri 9, de vitiis Patrum, in quo libro frequens hujus S. Theodosii ejusque monasterii mensio fit, et variae anachoretarum, qui deinde in ejus monasterio vixerunt, virtutes et miracula describuntur, ut cap. 82, 83, 84, 86, 90, 91, 93 et 190, in quibus passim nominantur montes monasterii Abbatis S. Theodosii in Syria, et quidem eorum unus dicitur Phœterius, supra Rosum, prope Priapen fluvium, et juxta monasterium Abbatis Theodosii in Scopulo. Multa tamen eodem libro narrantur de monasterio S. Theodosii Cœnobiarachæ, quæ perperam in titulis capitum tribuantur monasterio S. Theodosii Antiocheni, sive in Scopulo.

### VITA

Ex Menœis Græcorum.

**H**ic sanctus Pater noster diversus est asceta, seu anachoreta, a a priore Theodosio, civis Antiochenus, claris parentibus natus. Hic cum olim Dominicam votum attentus audiret, relicta domo, opibus, cognatis, aliisque omnibus, silvas mari proximas ingressus, cœlam angustissimam excitavit; vitamque solitariam amplexus, vestes cilicinas induit, gravesque ferro cænas interius, unam a cervice pendente, alteram lumbos stringentem, singulæque alias in singulis manibus gestavit; precibusque et manuariis laboribus intentus, prava corporis desideria, fastumque, et alias improbas cupiditates domuit et fregit. Squalenti erat coma et ad pedes usque promissa. Conciebat subinde sportulas; subinde b hortulos in rupe excœlebat, oleraque conserebat, ex quibus sibi et peregrinis adventantibus victim parabat.

**2** Temporis autem progressu cum fama viri gloriaque longe lateque spargeretur, hominumque concursus ad illum frequentes fierent, qui illius vitam et institutum sequi cupiebant, receptis illis solitudinem quasi in cœlestem urbem convertit.

a  
S. Theodosii  
vita eremitica  
per quam au-  
stera,  
externa exer-  
citatio.  
  
b  
Discipuli,

3 Cum

AUCTORE  
THEODORETO.

c  
reverentia  
apud Barba-  
ros,  
reditus in pa-  
triam,

Rom. 12. 19.  
Matth. 2.  
mors.

3 Cum vero e Agareni, seu Saraceni, viciniam illam eremi percurrenter, illæso quidem Beato, cuius aspectum verebantur, recessere. Theodosius tamen frequentiorem illorum transitum veritus, solitudine illa relicta in patriam redit, ibique modicum tuguriolum fixit, ubi cum vita consortibus, cœlestibus exercitationibus vacavit; pœfatus apud suos, et si tum Agareni ipsos reveriti fuissent, scriptum tamen esse in litteris sacris ad nostram cautelam, ut demus locum ire, Christumque ipsum refugisse ab Herode in Ægyptum, quo doceret ne periculis nos objiceremus. Quid enim volentibus religiosam vitam exercere oisbit patria? Cum ergo paullulum ibi supervixisset, abiit ad cœlum.

a Prior dicitur Theodosius Camobiarcha, quia licet junior prius tamen in Menzis celebratur.

b Græce ἐργάζετο πατέρις ζώσας την τάπην. De arura consultum Onomasticum Hosweydi ad vitas Patrum.

c Theodoretus Isauri.

medeantur inopie; nos autem non quæramus ex laboribus ea quæ sunt necessaria, idque cum vili quidem et modico cibo, vili autem ueste utamur, sed sedeamus quidem compressis manibus, alienis autem fruamur laboribus. Haec et talia dicens, hortabatur ad operandum, in tempore quidem, quæ sunt ubique præscripta, divina peragens officia; id autem quod intercedebat temporis, impendens operi.

4 Non levem autem curam gerebat hospitum, vi-  
ris lenitate et morum mansuetudine ornatis, et in proximum caritate preeditis, ut eis providerent, committens; ipse autem visebat et inspiciebat omnia, perscrutans ex lati legibus unusquisque suo fungeretur officio. Hinc factum est, ut tam insignis et celebris esset ejus fama, ut qui navigabant, et plusquam mille stadiis aberant, Deum Theodosii invocarent in periculis, et Theodosii appellatione sedarent tempestatem.

5 Eum audaces quoque et immanes hostes sunt reveriti, qui maximam Orientis partem sunt de populi. Quis enim ex iis qui in nostro habitabili orbe terrarum habitant, non auditione accepit ea, quæ illo tempore facta sunt, ab iis qui olim quidem Solymi, nunc autem nominantur e Isauri. Illi tamen, qui nec f oppido, nec vico pepercerunt, et quæcumque capere potuerunt, diripuerunt, et igni mandaverunt, sunt illam reveriti philosophiam, et cum solummodo panem petiuerunt, et ut pro se orarent significassent, illud illesum reliquere monasterium: idque non semel sed etiam bis fecere. Veriti tamen Præsides Ecclesiæ, ne pecunie cupiditate illis barbaris a diabolo immissa, captivum abduceretur magnum illud lumen (erat enim verisimile fore, ut magna vis pecunie ad eum redimendum transmittetur ab omnibus qui habent in honore res divinas) ei persuaderunt ut se conferret Antiochiam. Jam enim captivos ceperant duos Præsides Ecclesiæ, eos quidem omni offici genere sunt prosecuti: cum autem quatuordecim millia aureorum pro utrisque accepissent, permisérunt ut redirent quo vellent. Postquam autem pervenit Antiochiam, habitavit quidem in habitatculo, quod inventum situm prope fluvium, omnes autem traxit ad seipsum qui sciantalia colligere.

6 Dum autem me trahit impetus orationis, prætermis narrare miraculum, quod a divino illo viro factum est, quod multis quidem fortasse videbitur esse incredibile, et tamen remanet in hodiernum usque diem, oratione testificans, et ostendens qualem apud Deum gratiam et fiduciam est consecutus hic vir admirabilis. Præceps quendam petra imminet monasterio quod ipse ædificavit: erat autem primo secca, et omni humore vacua. In ea fecit aqueductum, qui a vertice fertur in monasterium, tamquam qui motum aquarum habetur in potestate. Plenus autem fiducia in Deum, et firmiter credens, ut est verisimile, se Dominum habere benevolum et fidem habens in quam nulla cadebat dubitatio, ascendit in supremam partem ejus qui nunc est aqueductus, priusquam surrexisserint soldates ad preces consuetas. Et Deum precatus, fretus eo qui facit voluntatem timentium eum, virga, cui innixus erat, petram percussit. Ea vero erupta, aqua instar fluminis scaturit: et monasterium ingrediens per aqueductum, et quantum ad omnem usum sufficit abunde suppeditans, in mare propinquum influit: et in hodiernum usque diem ostenditur, operans Moysaica magni Theodosii gratia. Sufficit vel hoc solum ad ostendendam viri hujus erga Deum fiduciam.

7 Cum autem Antiochiae vixisset parvo tempore, migravit ad choros Angelorum. Per medianam autem urbem ferebatur sacrum corpus, tamquam aureis quibusdam coronis, feretroillo decoratum, cum omnes Duces concurrissem, et qui magnos sue fidei credi-

hospiatitas,

miracula,

e  
reverentia  
apud barba-  
ros,

f

reditus in pa-  
triam, et  
quare,

rivus e petra  
precibus elici-  
tus,

Psal. 144. 19.

a b  
S Theodosii  
celta,

c  
patria, genus,

Matth. 13. 46.  
austeritas  
vitæ,

d  
coma protixa,  
oratio,

opus ma-  
num,

discipuli,

2. Thessal. 3.  
8.

Act. 20. 34.

adhortatio ad  
laborem,

## ALIA VITA

Ex Theodoreti Philotheo, cap. 10.

**R**osus est oppidum Cilicie, ab dextra ei qui navigat in Pontum Cilicum. Hujus ad Orientem et meridiem est mons altus, spatiuos; et umbrosus, alit autem feras in nemoribus. In eo cum quendam ad mare vergentem e lucum invenisset magnus et vulgo celebratus Theodosius, quadam modica extrecta domuncula, Evangelicu vivendi institutum solus amplectebatur, vir oriundus quidem Antiochia, insignis autem claritate generis: sed tamen et domo, et cognatione, et omnibus aliis relictis, pretiosissimam, ut Evangelice dicam, emit margaritam. Ac de ejus quidem a cibo abstinentia, et quomodo lumi cubaret, et cilicio indueretur, supervacancum est dicere iis, quiebus vident discipulos et solades, et in eis eamdem cernunt vivendi formam. Hæc tamen ille insigniter persequebatur, ut qui seipsum certantibus exemplar proponeret. His autem adjiciebat ferreum onus collo et lumbis et ambabus manibus. Porro autem gestabat quoque d comam sortidam, et qua ad ipsos usque pedes pertingebat, et ulterius etiam progrediebatur, et ideo erat lumbis ejus aligata.

2 Deprecatione autem et hymnodia utens assidue, cupiditatem, et iram, et arrogiam, et alias animi belluas sopiebat. Labores autem semper augens laboribus, persequebatur eam quoque que manibus fit operationem: nunc quidem sportellas que vocantur, et vimineas crates contexens; nunc autem parva prædia in saltu efficiens, et semina dejiciens, et illinc quantum victui satis esset, colligens.

3 Postquam autem procedente tempore ejus fama pervasit in omnem partem, multi multis ex locis converabant; ejus et habitationis, et laboris, et instituti esse socii cupientes: quos quidem expiciens, ad eamdem vitam deducebat. Et videre licebat alios quidem vela, alios vero sagum ex pellibus textentes: alios vero crates vimineas vel sportellas connectentes, alios vero terram colentes. Et quoniam locus erat maritimus, ad transmittendum quoque quadam constructa navicula, que ponto appellatur, ea utebantur ad ea que erant inferenda, et exportans opera eorum qui simul habitabant, et importans ea quæ erant necessaria. Memor enim vocis Apostolicae quæ dicit: Noctu diuque operantes, ne essemus oneri aliqui vestrum; et: Manus hæ milii et iis qui erant me cum suppeditarunt; et ipse laborabat, et hortabatur suos conuberales, ut cum anima laboribus, corporis quoque labores conjungerent. Est enim absurdum, ut ii quidem qui aluntur in vita seculari, se affligentes et laborantes alant filios et uxores, et præterea et tributa conferant, et ab eis exigantur vestigalia, et Deo offerant primicias, et mendicorum pro viribus

mors,

funus,

tos

*reliquia,*  
tos gerebant magistratus. De cubili autem erat magna  
iis et decertatio, cum id omnes auferre contenderent,  
et ex eo benedictionem et utilitatem percipere cu-  
perent. Sic elatus, ponitur in aede sanctorum Martyrum,  
cum g Juliani, victoria insignis in pietate athletæ,  
fuisset et contubernialis et eodem tecto usus. Idem  
autem loculus eum exceptit, qui illum quoque divinum  
et beatum h Aphraeum.  
*g*  
*sepultura,*  
*h*  
*i*  
*successor,*  
*cenobium,*  
*invocatio.*

8 Gregis autem prefecturam accepit i Helladius  
ille admirabilis, qui in illis quidem locis perpetuis  
fuit sexaginta annis, deinde Cilicum divinitus electus  
est Antistes, cum neque priorem reliquisset philo-  
sophiam, et illis laboribus Pontificatus sudores quo-  
tidie adderet. Hujus cum Beatus quoque Romulus  
fuisset auditor dux maximi gregis fuit creatus. Per-  
mansit autem illius chorus in hodiernum usque diem,  
idem servans vitæ institutum. Est autem prope mo-  
nasterium vicus, qui Syriacæ appellatur Maratus. Ego  
autem fine imposito huic narrationi, rogo ut ejus  
quoque consecuar benedictionem.

a Rhosopoli urbs Cilicie in miraculis S. Simeonis Styliæ in monte mirabili, in 2, Nicena Synodo Act. 4, Rhosus Stephano, Rossus Ptolomao ad Issicum simum inter Issum et Seleuciam, Perperam ad Russos, seu Roxolanos, confugit Raderus in Notis ad vitam S. Romani Thaumaturgi in Menzis 27 Novemb.

b Respusc Antiochiae, seu Syneæ ulterioris, in qua Theodosius scripti.

c Ideo Theodosius sequenti capite 11. Magnus ergo Theodosius ab Antiochia profectus, cum in montibus Rosicis decer-  
tasset, et Antiochiam reversus esset, sic vite finem accepit.

d Theodor, ibidem de S. Romano : Erat autem como magnus Theodosius similis : vestis autem ferrum similiter.

e Populi ad montem Taurum inter Lycaoniam et Ciliciam Ste-  
phano. Consul Ptolemaei tabula 1 Asia, et lib. 3, cap. 4, de situ  
Galatia. Infestarunt Isauri Armeniam et vicinas regiones circa  
ann. Chr. 403, ob quorum rabiem tum S. Joannes Chrysostomus et Cucus Arabissum abductus est. Convenient tempora, quod  
S. Theodosius discipuli et sodales a Theodoore referuntur in vivis  
fuisse, cum huc scriberet, qui citato anno 405, circiter octavum  
statim annum agebat. Consule dicta VIII Januarii ad vitam S. Ap-  
tici, num. 33.

f S. Chrysostomus epist. 131 ad Elpidium : Nam ne castello quidem, perinde atque carcere, nunc inclusi, fidenti animo esse possumus, propterea quod Isauri hujusmodi arcis obsidere non dubitent.

g Hic est S. Julianus Sabas, cuius ante vitam descripsaserat Theodoretus cap. 2, et referemus infra xiv Januarii, quo colitur.

h S. Aphraeum celebravimus vii Aprilis, hunc Theodoretus adolescens vidit, et sanctar illius dexteræ benedictionem percepit, ut cap. 8, in vita ejus refert. Hinc conjicimus S. Thodosium ad ann. Chr. circiter 412, vitam producisse.

i Raderus suspicatur Helladum hunc coli a Græcis in Menzis ix Novemb. quod istuc examinabimus.

## DE EODEM S. THEODOSIO,

Ex Prato spirituali Joan. Moschi.

De fonte concesso a Deo fratribus monasterii in Sco-  
pulo ad orationes Abbatis eorum Theodosii.

Cap. 80.

P ervenimus ad monasterium Abbatis Theodosii in Scopulo : (est autem mons inter Seleuciam et Rosum Cilicie) Patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est jactus sagittæ, et ostendiderunt nobis fontem magnum valde ac speciosum, dixeruntque nobis : Fons iste, fratres, naturalis non est, sed nobis divinitus indulitus est. Sanctus enim Pater noster Theodosius multum jejunavit, multumque lacrymarum fudit, ac multis orationibus et genuflexionibus obtinuit, ut Deus nobis aquæ istius solatius et usum præstare dignaretur. Ante enim ex torrente patres nostri aquam hauebant : sed Deus, qui facit voluntatem timentium se, sua, infinita bo-  
nitate præstit nobis aquæ istius benedictionem per orationes sancti Patris nostri.

2 Verum ante hoc biennium quidam ex fratribus petierunt a Patre monasterii, ut lavacrum ædifica-

rent in monasterio. Abbas autem graviter id quidem ferebat, cessit tamen, fratum infirmitati condescen-  
dens. Ædificatum est igitur lavacrum in monasterio, semelque tantummodo lavatum est in eo, cum statim exsiccatus est talis tantusque a Deo nobis præstitus fons. Et in veritate vobis dicimus, Christiani, multum jejunavimus, multum oravimus, multas genuflexio-  
nes egimus, ut aquam recipemus, nihilque profici-  
mus. Annus ergo integer sine aqua fontis impletus est, eramusque in magna tribulatione. Statim vero ut Pater noster bonus et mitis destruxit lavacrum, Deus aquam iterum reddidit nobis.

AUCTORE  
THEODORETO.  
Exarescit ob  
lavacrum con-  
structum.

Iterum fuit.

De puteo aqua impleto, submissa imagine ejusdem  
Abbatis Theodosii.

N arraverunt nobis Patres ipsi et istud, dicentes : cap. 81.

Mulier quadam fidelis in partibus Apameæ his die-  
bus puteum fodit : cumque plura expendisset, ingen-  
tesque labores tolerasset, et effosso puteo in magnam  
altitudinem, aquam non invenisset, in moerore et  
afflictione multa erat, et propter laborem et propter  
impensas. Apparuit autem ei sic afflita mulier quæ-  
dam in somni, dicens : Mitte in Scopulum, et adduci  
tibi fac imaginem Abbatis Theodosii, et per ipsum  
tibi Deus aquam præstabit. Mulier autem protinus  
duos homines misit ex suis, accepitque imaginem  
Sancti. Quam cum in puteum submississet, statim  
aqua manavit, ita ut dimidium putei impleretur. Tu-  
lerunt autem nobis ex eadem aqua, et bibimus, et  
glorificavimus Deum.

Theodosii  
imago in pu-  
teo quam evo-  
cat.

Quomodo triticum ejusdem monasterii germinaverit  
propter cessationem consuetæ eleemosyne.

N arraverunt autem nobis rursus et hoc, dicentes :  
Consuetudo fuit ut in cœna Domini pauperes omnes et  
pupilli regionis hujus confluenter huc, et acciperent  
medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, et  
sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro  
quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici  
sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione  
hac, sextarii duodecim uno numismate. Cum ergo  
venissent jejuni dies, dicunt Abbatu nostro quidam ex  
Patribus : Noli Domine Pater, secundum consuetu-  
dinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio,  
triticum enim non invenitur. Abbas autem copit di-  
cere Fratribus : Non infringamus, filii, benedictionem  
Patris nostri Theodosii. Vide, mandatum, senis  
est, non expedit nobis illud transgredi. Vere ipse est  
qui curam nostri gerit. Fratres autem in sua persti-  
terunt sententia, dicentes Abbatu : Non suspetit nobis  
quod dare possimus. Tunc Abbas contristatus ait  
illis : Ite, et secundum quod vultis facite. Non ita-  
que, ut consuetum erat, dederunt benedictionem in  
die sancto Cœnae et Parasceves. Prefectus postmo-  
diu qui praerat horreis, aperuit ostia, et reperit  
triticum totum germinasse : quare coacti postea sumus  
illud in mare projicere. Tunc coepit Abbas noster di-  
cere Fratribus : Qui Patris nostri monita irrita facit,  
ista patitur : labores nunc inobedientiae metite.  
Quingentos modios daturi eramus et Patri nostro  
Theodosio per obedientiam placuisse; fratresque  
nostros pauperes consolati fuisse; nunc vero  
quinque fere millia modiorum tritici perdidimus.  
Quid lucratum sumus, filii? quantum nobis ipsis nocui-  
mus? Duo profecto mala egimus : unum, quia man-  
datum Patris nostri præterivimus; alterum, quia  
spem in Deum non habuimus, sed in horree nostro.  
Vel ex hoc discamus, Fratres, quia Deus est qui di-  
sponit omne humanum genus; quodque S. Theodosius  
invisibiliter pro nobis filii suis curam sollicite gerit.

Cap. 83.  
Triticum in  
cœna Domini  
erogatum  
pauperibus.

Negation in  
horre germini-  
nat.